

Brief IV (Cod. Vatic. 4965 Bl. 1 A) Cipolla a. a. O. S. 60/61

S. 60 in der Adresse: venerabili hinter coepiscopo

3. 5 contra quem potestate cogente, cui ut [. . .]  
Dei ordinationi non debes resistere <cogente>  
(Röm. 13, 2)

3. 7 dico statt duo

S. 61 3. 1 imminentibus statt imminentibus

3. 3 vero statt ve

3. 4 quos impetis statt qui vos impetunt

3. 5 Breviter suggero, mi [. . .] et ama

Brief V (Cod. Vatic. 4965 Bl. 153'/154) Cipolla a. a. O. S. 61  
bis 63.

Serenissimo atque piissimo imperatorum a Deo electo et ad auxilium miserorum misericorditer destinato domino cum summa reverentia nominando Ottoni invicto semper augusto, Ratherius servulorum ipsius vilissimus, servitium fidelissimi famulatus et, ut misericordiam consequi mereatur, miserissimi ceteris omnibus.

Tantillitatis, clementissime domine, vilitas atque paupertatule meę si cum vestre conferretur misericordie quantitate, nemo inveniri, loquacissimorum etiam, valet, qui laudibus explere, etsi omnino conetur, praevaleat, quantę utique fuerit dignationis atque pietatis: per (?) tot annorum volumina, peccatis suis merentibus, sede sua privatum contra spem tandem tanta honorificentia restituisse, tam venerabilium episcoporum decreto, ut inconvulsum maneret, clementissime roborasse. Si vero molimina, ut est fama, quorundam obtatum potiri habent effectum, sanum videri potest, domine, sapienti, utilius fuisse, ut dato loco, idest invasore expulso, auctoritate sedis apostolicę huiusmodi in sede, qua inutiliter sum relocatus, potius locaretur, cuius vilitas non tantum ecclesie faceret <ut meę indig[nitat]is> detrimentum, quantum pro mea exiguitate futurum opinio ex presentibus futura coniectans auguratur multorum. Sed veh mihi miserrimo, cui ad cumulum hoc accid[i]t etiam miserie, ut si quid conquerar, magis ex animositate hoc agere videar quam ex ratione. Querimonia itaque omni postposita, flexis precordiorum, domine omnium, genibus, inde-